

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 104r–104v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 86 [Gn. 87]

[86] Si vir contra alium ad iusticiam se exhibuerit.

Si vir cum scitu contra alium ad iusticiam se exhibuerit, et alter noluerit seu spreverit, et vulneret illum non querulando absque iure, et ille, qui vulneratus sit, inveniatur^a defensionem et vulneret illum mutuo, et hic, qui primo vulneravit suum adversarium, [k. 104v] primo ad iudicium veniat et conqueratur, alter, in quo pax sit violata, eciam postea veniet circa lucem diei et dicat, quod initium illius fuerit et non suum. Si hoc, <ut^b> quod iuris fuerit, metseptimus^c protestabitur cum probis hominibus, qui viderunt et audierunt, qui presentes fuerunt, aquirit primam querelam. Item unus vir potest filium suum eximere unica manu, qui est in pane suo non uxoratus, tacto sacramento sic, quod iuret, quod filius suus reus non sit.

^a in nadpisane ręką autora podstawy; ^b nadpisane przez ręką niż autora podstawy; ^c metVII^{us}

[hasła: sprawiedliwość, zranienie wzajemne, skarga, obrona, sąd, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, syn, zastępstwo]